

## EPITAPHIUM

VALERII CORDI,

qui

sepultus est Romę, in æde D. Marię  
de Anima, regione Parionis.

VALERIO Cordo Sinesusso Hef-  
so, *Ericii filio, moribus, ingenio, co-  
mitate præstantiss. Doctorum omnium  
admirationem merito: Qui natura ob-  
scuritatem & herbarum vires adoles-  
cens senibus explicavit. Cum expleri  
cognoscendi cupiditate non posset, per-  
lustrata Germania, Italiam adiit, Ve-  
netiis in honore habitus; & Roman  
vix ingressus, subito morbo inter ami-  
corum lachrymas, non recuperabili stu-  
diorum iactura, opt. atate extinguitur,  
anno salut. M. D. XLIIII. VII.  
Calend. Octobr.*

*Ingenio superest Cordus; mens ipsa recepta est  
Cælo: quod terra est, maxima Roma tenet.*

AP-